

ribus fortitudinis. Item sunt veraces et aperti odii<sup>d)</sup> vel amoris<sup>d)</sup> quia timidum re[pu]tant celare voluntatem<sup>120</sup>. Item sunt liberales et ideo non multum divit[es, quia] fortitudinem preponunt divitiis. Fortitudo vero liberalitati cognata est, fortis [e]n[im est] prodigus sui ipsius quanto magis rerum extrinsecarum.

¶ Differentia est inter mentem et animum et intellectum. Intellectus enim dicitur a sola potentia apprehendendi et discernendi, mens vero vocatur a virtute concipiendi et inveniendi, animus vero ab actu deliberandi et movendi.

¶ Nota vita domestica est secundum cottidianos actus ordinatos ad necessitatem vite et hoc dicitur vel quo ad proprium individuum seu personam. Et ad talem conservationem vite<sup>e)</sup> hominis adiuvant bona exteriora, victus et vestitus et huiusmodi ad que acquirenda et administranda indiget homo servis et iumentis. Alio modo quo ad suum simile ad quod indiget homo uxore ut ex ea generet filium sibi certum et suum. Ex quo suum et similem desiderat homo naturaliter habere qui sibi succedat. Unde in vita domestica sunt tres combinationes: una hominis ad servum in quantum dominus, alia hominis ad uxorem in quantum maritus, tertia hominis ad filium in quantum pater<sup>f)</sup><sup>121</sup>.

[f. 1r] Nota secundum Aristotilem in primo Rethorice<sup>122</sup> duo sunt principia humanorum actuum, videlicet voluntas et potestas. Unde ipse dicit quecumque enim volunt et possunt utique faciunt omnes. ¶ Item

---

d-d) *Am Rand eingefügt.* e) hominis *vor vite durchgestrichen.* f) Ovidius [*Ep. ex Ponto* II, 7, 75]: Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit *am unteren Rand.*

---

120) Quinto manifeste amat vel odit [*sc. magnanimus*]. Cuius ratio est, quia timidum et servile reputat celare suam voluntatem. *ERP* VII, c. 4 (S. 196).

121) *Stb I-II, 105, 4 corpus articuli* (ed. LEONINA [1892] 7, S. 271).

122) Quod enim in potestate et voluntate est, erit ... *Rhet. II, 19* (1393a 1-a 5) (*AL XXXI 1-2, hg. von Bernd SCHNEIDER [1978] S. 255 f.*). Causae autem generales actionum humanarum sunt duae secundum Philosophum ibidem, potestas et voluntas. Cum enim homini adest potestas et voluntas faciendi aliquid, tunc sine dubio facit id, quod vult, et quod potest. *ERP* III, c. 35 (S. 106); *ESV* IV, c. 11 (S. 150); ... quia secundum philosophum quecumque volumus et possumus, illa facimus. Engelbert von Admont, *De duodecim questionibus specialibus* c. 2 (*Kremsmünster Cod. 138, f. 147va-vb*).